Scotiæ aliquo bono, fideli, pio, sincero, invisibilis Ecclesiæ
cive. Nescio quo infausto et ominoso fato omne
literarū commercium inter ecclesias Britannicas et nras
Helveticas haud secus exspiraverit, ac si aut nulli utro-
bique sint Sancti, aut nulla Sanctorum communio.
Ne nunc quidem dolere desino id quod literis nris publi-
cis ad M. Brit. Regem; ad Archiepiscopum; ad eccle-
siarū Scoticarum Ministros exaratis paucorum prudentiā
dēnā nimis magna accidit. Sed quorsum abripior!
Vale Dilectissima anima et amantissimum tuum a-
mare perge. Tiguri 17 Jul. 1642

omni affectu et studio tuus
Joh. Jac. Breitingerus Eccl: Tigur.
Mr.

Venerab. Cl. doctiss.que Viro
Dn. Dan: Tossano Theologo
Insigni, et Eccl. Gall: Pastori fideliss.o
meritiss.o fratri in Dno conjunctiss.o
Basileam.

306. S. Spem nuper feci. Venerande Conjunctissimeque in Dno
frater procuraturum me 8 imperiales, quos honestis-
sima dignissimaque cuidam personæ destinâsse te mihi
significasti. En libero fidem. Accipies eos ab hoc
ipso qui tibi has reddit, ordinario nro. Caeterum vel
unum hoc unicè à te peto, tuamque opem imploro.
Duo Bipontini illi, qui reliquorum nomine missi
fuerunt in nram Helvetiam optimi viri petierunt
ut pecuniæ sibi destinatæ mitterentur Tiguro Fran-
cofurtum, ad quendam cujus fides et probitas sibi
jam cognita, atque perspecta esset. Nomen viri inscrip-
serunt Schedæ, eamque mihi jam abituri tradi-
dere rati hac ratione rebus suis probè probique se
consuluisse. Ecce verò incuriam meam. Sche-
dam illā cuidam domesticorum meorū custodi-
endam tradidi, qui negligenter facit officium.
Hinc Scheda illa et nomenclatura viri illius Fran-
cofurtani, malum! caremus! Quare si duo fres
illi

illi forte ex Helvetia reliqua redirent ad vos rem mihi
gratissimam, ipsis haud dubiè utilem facies, si nomen illud
se uno ad me perscripseris. Vereor enim ut pecuniæ nræ
fruantur eodem fato illo, quo illæ, quæ aliquando missæ
erant Hanoviam. Sunt enim etiam alibi, homines
non ecclesiastici, qui vix sibi temperant, præsertim ubi
illos invitat occasio atque necessitas. Prudenti nunc
satis! vel verbulo mihi significa Bilentini vestri
quantum! Tibi non erit fraudi. Vale 25 Xbris 1642.

õi affectu et studio tuus
Joh. Jac. Breitingerus,
Eccla Tigur: Mr.

Rogo te peramanter ut vel verbulo
significes sintne tibi redditæ meæ
ad D. Becceri Mulhusinum quibus insertus
erat nummus aureus.

Venerando Cl. viro Dn. Dan: Tossano Theologo præcellenti
Ecclæ Gallicanæ Pastori dignissimo fratri in Chro pluri.
observando. Basileam.

S. Gravissimum et mihi inflixit vulnus, Clarissime 307
Vir, conjunctissime in Dño frater, mœstissimus Comitis
Hanovii obitus. Tanta tamque frequentes syderum ma-
jorum eclipses quid non portendunt! verum nihil
tam calamitosum ecclesiæ accidit unquam, nihil
continget deinceps, quod non in curia coelestis
perfecto illo consessu deliberatum, decretum, pro-
mulgatum, promissumque sit, invictum animi robur
iis qui vocati sunt secundum propositum. In hac Numi-
nis sanctitate acquiescendum humiliter et ideo si-
stendum constanter. Dabit vincenti Dominus secum
sedere in throno suo. Clarissimi Paraei literas ita
legi, ut omnia retulerim ad me ipsum. Precor optimo
viro patientiæ donum. De dono perseverantiæ dubito
nullus; quia haud dubie, seque suorumque suaque conse-
cravit jam diu ei qui fidentes sibi tutatur potenter.
Caeterum mi frater, Anglica adhuc te urunt, pun-
guntque! Literæ Edinburgo ad me datæ recentes
admodum hæc habent. Cum Scoti cum Anglis